

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Iulii Agricolae ortus, educatio et studia, e cap. IV. vitae
ipsius a Cornelio Tacito scriptae**

**Bose, Johann Andreas
Gumpelzhaimer, Georg**

Jenae, 1659

Iulii Agricolae ortus, educatio et studia

urn:nbn:de:bsz:31-94893



C. B. D.

JVLII AGRICOLAE ORTVS, EDVCATIO ET STVDIA

cap. IV. vita ipsius a Cornelio
Tacito scripta.

§. I.

Quae de singulorum hominum rebus nar-
rari vel possunt, vel merentur, ea rheto-
res, & qui de vitis conscribendis præcipiunt,
in tria tempora dispartire solent: unum, quod
effluxit ante natum hominem; alterum, quo
vixit; tertium, quo exiit e vita, quodque mor-
tem ejus insecum est. Ad illud ortus per-
tinet, & quæ hunc antegressa sunt; hoc est, patria, genus, &
maiores; tum si quæ vaticinia aut auguria antecessere. Ad i-
stud, habitus corporis, ingenium, educatio, institutio, for-
tuna, mores, quæque per vniuersam vitam bene seculue ges-
tit. Ad hoc denique, cui solum in vita functis locus est, ge-
nus & causa mortis, pompa funebris, luctus, fama, honores
defuncto habiti; itemque liberi, discipuli, ac ejusmodi alia.

§. II. Hanc seriem rerum Nicolaus Gaußinus libro X de
eloquentia sacra & humana cap. VI. ait multum olere schola, &
nisi gratiis aspergatur, acutisque sententiis exstimumletur, sidere ac
languescere. Et tamen paullo ante fasius erat, hunc ordinem
veteribus placuisse: Nam Isoratom in Enagora exornando hunc

A 3 dicendi

JVLII AGRICOLAE

dicendi tenorem sequuntur esse: nec multum ab eo in Antoniu*s* iuperatione declinasse M. Tullium. Quin & Plinium in nobili panegyrico idem ferme iter adgressum esse. Quæ duo nescio, annon mutuo se tollant perimantque. Nobis sane minime scholasticum aut languidum videtur, quod summi Oratores in præstantissimis operibus suis sequuti sunt. Neque alia, credo, mens Tacito fuit; qui cum socii vitam resque gestas narrare institueret, hunc potius, quam alium quemuis ordinem de legit. Quanquam Tacitum & alia ratio tuetur; quod scilicet, ut alibi monuimus, non tam oratoris, quam historici munere in hoc libro fungi voluit.

§.III. Ac quarto quidem capite, cui hanc dissertationem destinauimus, ORTVM Agricolæ persequitur, annexâ statim ratione EDVCATIONIS & STUDIOVVM, admissisque etiam, quæ INGENIVM & indolem eius declarant. Atque hæc omnia breuiter, & velut aliud agendo: siue quod plura sibi comperta non essent, seu, quod magis crediderim, quoniam antiquitus usitata rationale, cuius sub initium libelli meminit, non tam ortum ac primam ætatem Agricolæ, quam facta moresque posteris tradere constituerat; gnarus, hæc aut sola aut potissimum in vitis illustrium virorum obseruari debere. De quo nonnihil diximus Dissertatione precedenti.

§.IV. ORTVS descriptio tria complectitur: Familiam, patriam, maiores. FAMILIAM, seu potius gentem (differunt enim, ut pars & totum) Iulium nomen haud obscure indicat: nobilissimam illam, & quod inter omnes antiquissimos constabat, ab Anchise ac Venere genus deducentem. de qua, præter Rich. Streinius, Ant. Augustinus, Fulv. Virsinus in Familis Romanis, Henningum in Theatro genealogico tomo IV, aliosque, sigillatim egit Io. Moningerus, & post eum Io. Glandorpius; sed ita, ut ob quædam minus accurate tradita subinde acres eruditorum reprehensiones incurrit. Quas etiam Elias Reusnerus expertus est, qui in plerisque omnibus Glandorpium improuide sequutus erat. Scio, sub Imperatoribus nouos homines, siue in honorem eorum, quorum beneficio ius ciuitatis impe-

cap. 1, 1.

Vellei. Pa-
tere. 2, 41, 1.
P. 851. &
seqq.

Gid. Rade-
rue in Vita
Martialis,



ORTVS, EDVCATIO, STVDIA.

imperasset, siue pro arbitrio, prasertim postquam Caracal- & Salmas-
la Imp. omnes, qui in Vrbe erant, ciues esse iussisset, nobilissi- ^{in not. ad}
marum familiarum nomina, in his & Iulium, adsumisse: im- ^{hist. Aug. p.}
mo Imperatores ipsos, postquam mos plura nomina vsut- ^{169. & 426.}
pandi ineuctus est, Antonii, Aurelii, Flacci, Valerii, aliaque
gentilia nomina adsciuisse; totamque adeo nominum ac fa-
miliarum rationem turbatam ac confusam. Quæ res ignorata
aut neglecta *Ant. Augustinum* in eum errorem consecit, ut
Iuliam Aquiliam Seueram, vxorem Elagabali, M. Iulium Phi-
lippum, C. Iulium Verum Maximum, eiusque filium C. Iu-
lium Verum Maximum, itemque C. Iulium Æmilianum, Q.
Iulium Licinium Saloninum, Gallieni F. Flauium Iulium Cri-
spum & Fl. Iulium Constantium, filios Constantini Magni,
cum nonnullis illorum temporum Consulibus, qui pariter eo
nomine vñi sunt, ad gentem Iuliam referret. Cum tamen non
magis ad eam pertinuerint, quam ad Antoniam, Aureliam,
Flauiam, Valeriam, &c. qui per eadem tempora nominibus
illis appellari se passi sunt. Sed ea consuetudo æuo Caligulae,
quo pater Agricolæ Iulius Græcinus vixit, nondum inuale-
rat: iniulatis adhuc iuribus familiarum, necdum oborta
confusione, quæ deinceps tantum non omnem antiquitatem
generis, ac imagines maiorum obscurauit. Ut proinde dubi-
tari non debeat, Agricolam e familia quadam gentis Iuliæ
duxisse genus: siue retiera maiores eius inde descenderint; si-
ue quis eorum per adoptionem illuc transierit. Porro cum in
gente Iulia non solum patriciæ, sed etiam plebeiæ familie es-
sent (quod vel ex eo appareat, quod vñus alterque Iuliorum ^{et Antoni.}
Tribunatu plebis functi leguntur) Noster e plebeiarum vna ^{Augustin.}
ortus fuit. Id quod clare docet, quod ^{in gentilem.} a Vespasiano inter patri-
tios adscitus est, ut e cap. IX cognoscimus. Quonam autem fa-
milia illa cognomine nota fuerit, non magis nouimus, quam
vnde *Agricola* cognomen Noster acceperit. Neque enim cre-
dibile est, vniuersæ familiae fuisse.

§. V. PATRIA Forum Iulium fuit, vetus & illustris colonia.
Quo nomine duæ ciuitates in historia Romana occurunt.

Vna

IVLII AGRICOLA

Una Carnorum in Italia, quæ circumiacenti regioni, populo,
que eam incolenti Foro Iulienum nomen dedit, quod hodie
que, sed corruptum, retinet: de qua plura Cluverius lib. I. Italia
antiqua cap. XX. Altera Gailæ Narbonensis, circiter Tunc sta-
diis Massilia distans, ac olim portu, theatro, arcubus, thermis
& aqueductibus celebris; quorum omnium rudera & vesti-
gia etiam nunc supersunt, nisi quod ubi portus fuit, hodie sic
cum littus & horti conspiciuntur. Meminit eius Inscriptio ve-
tus, Paulo Merula laudata, itemque Mela lib. II cap. V, & Pli-
nius Nat. hist. III cap. IV. Utique, si viris doctis credimus, Col-
mogr. part. iam Octauanorum vocat: quamquam non video, quid prohi-
bit, Octauanorum illam Coloniam, quam Plinius Pacensem
Virdung. adh. l. & Clasicam appellari ait, pro distinta urbe accipere, ea fortal-
sis, quæ in numero veteri Augusti COL. IVL. OCTAV. voca-
tur. Strabo lib. IV raucaθυον Cesaris Augusti vocat. Is enim
rostratas naues, quas Actiaca victoria ceperat, huc mississe,
semperque in hoc portu classem ad tuendam Galliæ & Hispa-
niæ oram habuisse dicitur. Prolemae est Φέρα Ιταλία; ho-
diernis incolis Freins. Hac posteriore Agricolam ortum, ad-
fentior Cl. Virdung: quoniam dicitur statim parvulum sedem
ac magistrum studiorum Massiliam habuisse. Massilia enim huic
Foro Iulio, ut iam diximus, admodum vicina erat. Magis au-
tem credibile est, e propinquo illuc missum, quam ex urbe Ita-
lia, quæ tota Alpium longitudine distabat. At qui factum est,
inquires, ut Tacitus diserte Romanum vocaret, si Foro Iulio or-
tus fuit? An Foro Iulio familia quidem eius oriunda, ipse ve-
ro Romæ natus fuit? Aut Romanus dicitur, quod Forum Iulium
colonia Romana erat; vel quod pater Romam postea migra-
uit? Video summis viris hac in mente venisse; nec inepte:
vereor tamen ut ex rei veritate. Mihi Romanum heic Tacitus
videtur opposuisse Græco; quæ natio, insita vanitate, plera-
que non ad utilitatem, sed ad ostentationem discebat: secus,
quam Romani, qui, præfertim si illustri nobilique loco natū
essent, ea potissimum hauriebant, quæ fructum aliquem in
actu rerum versaturis promitterent. De quo plura in sequen-
tibus

Comm. s.



ORTVS. EDVCATIO. STVDIA.

tibus. Possis & dicere, Romanum appellatum per anticipatiō-
nem, qui Romæ deinceps honores ac magistratus gessit.
Quemadmodum & Senator eadem ratione dicitur. Ut sensus
sit, yltra haustatum fuisse e philosophia, quam concessum sit
ei, qui Romæ Senator futurus erat.

§. VI. E MAIORIBVS Agricolæ Tacitus utrumque
auum ac parentes commemorat. De *avis*, omissis nominib⁹
ceterisque quæ narrari poterant, (neque enim genealogiam
texere instituit) hoc tantum, *utrumque fuisse Procuratorem Ce-
sarum. Quorum*, ab Augusto institutorum, munus ab initio ad
solam collectionem ac administrationem reddituum atque tri-
butorum in prouinciis restrictum erat: post accessit, Claudio
auctore, jurisdictione, in rebus quæ ad fiscum pertinebant, sine
tamen mero imperio, nisi in partem administrationis pro-
uinciarum venissem: quod interdum factum, præsertim in pro-
uinciis minoribus & quæ Præsides sive Rectores non habe-
bant. In iis enim omnia illis, quæ Præsidibus solebant, per-
missa erant; dicebanturque *Procuratores & Præsides*, vt apud
Gruterum in veteribus saxis Romanis; vel *Procuratores & Pro-
legati*, vt in lapide Veronensi apud eundem. Magna eorum
auctoritas postea fuit, quoniam ex instituto Claudi, senatus-
que consulto, rerum ab ipsis judicatarum gestarumque par-
vis erat, ac si ab Imperatoribus ipsis judicatæ gestæque fuis-
sent. Denique aditus hic ad magistratus atque honores am-
plissimos, simul acquirende pecunie breuius iter, vt Noster ali-
bi loquitur. Vnde Vespasianus Imp. *rapacissimis* eorum ad Sueton. Ve-
ampliora officia, quo locupletiores mox condemnaret, ex industria sp̄as. c. 16.
promotis pro spongiis dicebatur vti, quod quasi siccas madefaceret,
& exprimeret humentes. Addit Tacitus, eam equestrem nobili-
tatem esse, hoc est, aut parem dignitati Equitum haberi, aut
illustriores Equites ad munus illud adhiberi solere, atque ab
eo veluti quandam nobilitatem ac lucem accipere, quam-
quam non solis Equitibus hic honor habitus. nam etiam li-
bertos sub Claudio ac insequentibus Imperatoribus ad pro-
curationes ejusmodi adhibitos legimus. Sed quæ tanta fuit

B

dignitas

IVLII AGRICOLÆ

6 dignitas ac potentia, quam liberti sub ipsis Imperatoribus non sint consequuti? Plura de hoc genere hominum *Cujus*
civis lib. XIX. obsernat. cap. XIII. Lipsius Excurſu II. ad Annal.
XI. Taciti, & Iac. Gutherius lib. III. de offic. domus Aug. cap.
XXXIII. & XXXIV.

s. VII. Pater Agricolæ *Julius Græcius* haud dubie ^{vid. l. s. C.} est, cuius duo volumina præceptorum de vineis *Columella* i. de *Reruſt* c. i laudat, quemq; *virum egregium* vocat & in exemplum magni animi proponit *Seneca* II. de *benefic.* XXI. Huius à Tacito describitur *dignitas, studia, fatum.* *Dignitas Senatoria* fuit: cuius amplissimi Ordinis tanta etiam sub Imperatoribus ^{de dignit.} ^{& Vopiscus Probo.} veneratio erat, vt se ipſos quoque in eo numerarent, *Probus* que dixerit Romanos Senatores mundi *principes* esse, tales fuisse, talesque futuros: tanta apud exterios dignatio, vt *Sōemus Arſida Achemenidis* *Frex regibus oriundus*, & postea iterum rex *Armenie majoris*, sub *Marco Imp. Roma Senator ac consul* creatus sit. Testis *Iamblichus* apud *Photium in Myriobiblo.* Nē de aliis Senatorum prærogatiis nūc dicam. quos tamē nīmum, meo judicio, extollunt, qui S. Rom. Imperii Principibus æquiparari volunt: etiam cum de iis loquuntur, qui vigente libertate hunc honorem adepti fuere. Nam illis nihil, quod alicuius momenti esset, absque consensu Senatus aut etiam populi peragere licuit; Principes magnam partem summae potestatis libere ac pro arbitrio exercere poslunt. Jam si splendorem, potentiam, dinitias vtrorumque recte comparare, fortasse nec in plerisque Principibus Romanam magnitudinem desideres. Si recte, inquam, comparēs, hoc est, singulos cum singulis, potentiores cum potentioribus. nam de senatu vniuerso, quis dubitet multo latius imperasse, multoque potentiem fuisse, quam sunt omnes totius Imperii Ordines? Sed hæc obiter. De studiis Græcini ait Tacitus, *studia eloquentia sapientiaque notum* fuisse: dignis Senatori artibus, immo necessariis. Ac de eloquentia quidem ejus vel hinc constare potest, quod Silanum accusare jussus est, virum, vt alibi noſter ait, per insignem nobilitatem & eloquentiam præcelentem.

ORTVS, EDVCATIO, STVDIA.

lentem, ac præterea innoxium. Nam ad eam rem valida omnino eloquentia opus erat. *Sapieniam autem illud ostendit*, quod magno constantique animo recusauit facere, quod neque honeste neque tuto poterat. De quo mox plura. *Fatum* denique Græcini hoc fuit, quod *is*, quas diximus, *virtutibus* iram C. Cesarii meritus, & quia Silanum accusare iussus abnnerat, *interfedit* est. Erat hic Silanus frater D. Silani, sub Augusti principatu ob adukterium in nepti eius cotimissum exulis, & Tiberio demum imperitante Romam reuersi; nobilitate & eloquentia, ut iam diximus, præcellens, Consulatu sub Tiberio functus, ab eoque tanto in honore habitus, ut nunquam ferre sententiam de causa, in qua facta ab eo fuisset prouocatio, voluerit; a Caio vero, qui filiam eius Orestillam duxerat, ob virtutem & nobilitatem odio ac ludibrio habitus, tandemque, quod ingressum se turbatus mare non esset secutus, quasi spe occupandi urbem, si quid sibi per tempestates accideret, remansisset, ad necem, secandasque nonacula fauces, compulsus. Videndi *Tacitus Annali II cap. LIX*, & *Ann. III cap. XXIV*, *Suetonius Caligile cap. XXXII*, & *Dio hist. longe ab initio libri LIX*. Talem tantumque virum Græcinus accusare iussus, fortiter restitit, morique maluit, quam inhonestam turpique accusatione famam virtutis suæ fœdere, conscientiamque onerare. Qua via re meruit viri egregii elogium, quod illi *Seneca bis tribuit, epist. XXIX. & II de beneficiis cap. XXI*; quo posteriore loco & aliud magni eius animi documentum habes. Quod autem Noster ait, *virtutibus suis iram C. Cesarii meritum*, id præclare expressit idem *Seneca*, cum ob hoc unum a C. Cesare occisum ait, *quod melior vir erat, quam esse quemquam tyranno expediret*. Nempe hæc vera mortis causa, recusata accusatio tantum prætextus aut occasio fuit.

§. VIII. Superest mater Iulia Procilla, quam etsi prudenter (vt e seqq. paret) aliisque haud dubie virtutibus insignem, heic tantum ob raram castitatem commendat *Tacitus*: credo, quod hæc præcipua laus feminarum, ac veluti propria est. Elegans in hanc rem locus est apud *Heronymum lib. I aduersus Ig-*

IVLII AGRICOLÆ

uinianum, quem non pigebit adscribere. Doctissimi, inquit, vi-
ri vox est, pudicitiam in primis esse retinendam: qua amissa, omnis
virtus ruit. In hac muliebriūm virtutum principatus est. Hæc pa-
perem commendat, diuitem extollit; deformem redimit, exornat
pulchram: bene meretur de maioribus, quorum sanguinem furtina
sobole non vitiat: bene de liberis, quibus nec de matre erubescen-
dum, nec de patre dubitandum est: bene in primis de se, quam a con-

*Sarüber. tumelia *externi corporis vindicat. — Viros + consulatus illu-
alieni sorp. strat, eloquentia in nomen aeternum effert, militaris gloria trium-
vendicat.

plusque nouæ gentis consecrat. Multa sunt, que *præclara ingenta
+ Sar. con- filiales illu. nobilitent. Mulieris + virtus proprie pudicitia est. Hæc Lucretiam
strat elo. Bruto equanuit, nescio an & pretulerit: quoniā Brutus, non posse
quentia, in seruire, a fœmina didicit. Hæc equanuit Corneliam Graccho, hæc
n. a. trans- Porciā alteri Bruto. Notior est merito suo Tanaquil. illum inter-
fert gl. mi- litaris, tri. multa regum nomina iam abscondit antiquitas: hanc rara inter fœ-
umphosq; minas virtus altius seculorum omnium memoriae, quam ut excide-
n.g.e.

*Sar. perse re possit: infixit. Hæc Hieronymus, & ex eo magnam partem, pau-
clara...

+ Sar. pro- Pertinet huc & elegans dictum Mariæ, Eduardi Lusitaniae re-
pria virtus. gis filiæ, & Alexandri Farnesii post vxoris: reliquas virtutes ut-
cunque dissimulari in fœminis posse; castimonia gloriandum. Re-
fert Strada Dec. I belli Belogic lib. IV. Plura in hanc rem, & more

gentis sua acute, Franciscus Maria Pirogallus, scriptor Italus, in
*Riflessioni opusculo, quod inscripsit *Reflexiones politicas Solis e doctrina
politiche Cornelii Taciti in vita Iulii Agricolæ, reflexione X. Quam rara
del Sole della dot- hæc virtus, Agricolæ æuo, in Romanis fœminis eset, appareat e
trina di Satyra VI Iunenalis, cui, inter alia, digna res sacrificio ac sol-
Corn. Tacit. lenni gratulatione visa est,

tonella Si-
za di Giulio
Agricola,
in Paria
1644.

Si cui contigerit capit is matrona pudici.

§. IX. Sufficere hæc possunt ad intellectum eorum, quæ
de ortu Agricolæ Tacitus noster literis consignauit. Superest,
vt ex hac parte capit is excerptamus, quæ ad usum vita ciui-
lemque prudentiam faciunt. Ex iis quæ diximus, appareat Agricola
colonia veteri & illustri (quæ præcipua urbium laudes
habentur) ortum, ciuemque adeo Romanum fuisse. Quæ pa-
tria

ORTVS, EDV C ATIO, STVDIA.

9

tria prærogatiua haud minimum adiumenti præbère solet ad
maiora graſtantibus. Evidem negari nequit, quod ait Poëta,
Iuuenab.
Summos posse viros, & magna exempla daturos,
Sat. 53.

Veruecum in patria, crassoque sub aere nasci:

Ac non simpliciter, vbi prognatus, sed ut moratus quisque sit spectan-
dum; nec qua regione, sed qua ratione vitam vivere inierit, confide-
randum esse, monente Apuleio. An enim Platonem magis com- *Apol. 1.*
mendat, (verba sunt Vopisci in Aurelianico) quod Atheniensis fue-
rit, quam quod unicum sapientie munus illuxerit? An eo minores
inneniuntur Aristoteles Stagirita, Eleatesque Zenon, aut Anachar-
sis Scytha, quod in minimis nati sunt viculis, cum illos ad cœlum
omnis philosophiae virtus extulerit? Nihilominus multis, præser-
tim in repub. versantibus, profuit locus, in quo nati fuerant, si
clarus & illustris; nocuit, si ignobilis & obscurus, aut alia cau-
ſa talis, ut eius pudere quem iure possit. Exemplo est Myson
Cheneus, inter septem Sapientes numerari solitus, quem Ari-
stoxenus apud Laërtium ait ob hoc inglorium (ἀδοξον) fuisse, quod lib. I.
non ex urbe, sed ex vico, eoque obscuro, natus esset: indeque factum,
ut quæ ab ipso facta erant (τὰ ἀττα) a quibusdam Pisistrato tyran-
no tribuerentur. Sed & peregrinitas multis impedimento est
ad præcipua munia ciuilia adspirantibus: neque immerito.
Nec enim eadem in administratione reipub. pietas ac fides,
eadem constantia, peritia, diligentia, idem denique fauor ci-
vium procerumque, ab iis, atque ab indigenis, speratur.

§.X. Iam quod senatorio & equestri genere, parentibus-
que virtute conspicuis prognatus fuit, annon par, aut etiam
maius, ad maiora nitenti decus ac robur fuit? Quamquam e-
nim virtutis potior habenda ratio, quam maiorum ac nobili-
tatis; eaque si adsit, *optimus quisque putandus sit nobilissimus: ta-* *Vellei. 2.*
men si virtus coniuncta cum ortu nobili, præferenda hauddu- *128. 1.*
bie est nude, & hac prærogatiua destituta, nisi hæc plane sit
eximia. Immo exigua quoque virtus saepè mediocri, sed illu-
stri ortu nobilitatæ, posthabenda est. Ad illustres præsertim
functiones reipublicæ, ut magistratus maiores, legationes, &
potiora aulæ ministeria non temere adhiberi decet vili &

IVLII AGRICOLAE

90

ignobili loco natos, nec ullis maiorum imaginibus illustres. Viles sunt enim cum officia ipsa, tum Principes, qui tales illis præficiunt: inuident ac irascuntur Proceres, aliquic ortu nobiles, obscuros homines sibi præferri aequariue: indignantur exteri Principes, se despici aditu & confortio plebeiorum: denique nihil generosum, nihil fidum, nil moderatum ab illis exspectari potest. Quæ omnia secus euenire solent in nobilibus, aut qui claris parentibus prognati sunt. Vid. Cicero epist. I & II ad Q. fratrem, Lipsius III politic. cap. X, & Frider. Mirselae lib. I Legati sui dissert. XI. Huic Nobilium prærogatiæ, quam publicæ aut imperantium utilitati debent, accedunt aliae, quas origini suæ, indeque natæ dignitati, cui indiuiduo rexu adhærent. Tales sunt, quod magnis ac potentibus hominibus, propinquis aut amicis utuntur; quod multis priuilegiis honoribusq; gaudent; quod plerumque opibus, quantis ad præclara adgredienda opus est, abundant; quod domesticis exemplis, metuque dedecoris, ad virtutem acrius instigantur; denique quod peculiari quadam ratione animos cum vulgi, tum potentiorum sibi conciliant. Nam verissimum est, quod nonnemo dixisse fertur, ad favorem eorum, quibus primo congressa placere cupias, inclinandum nullum potentius carmen esse, quam natales. Quibus omnibus instrucci præsidiis, mirum non est, si facilius, quam cæteri mortales, ad summa quæque enituntur. An igitur, inquies, noui homines (sic vocari solent, qui ex se & sua virtute, non maiorum gloria, inclaruere, ac velut medium inter nobiles & ignobiles tenent:) a summis dignitatibus plane arcendi sunt? Nolim simpliciter arceri, si eximia sit eorum virtus, ac in reipub. merita. Nam ab illorum partibus stat ipsa ratio, quæ docet, cuinscumque animo virtus inest, ei plurimum debere tribui; stat perpetua consuetudo Romanorum, quæ ab omni suo novo homines ad summam reipub. admouerunt; stat denique felix euentus & ingens utilitas, quam ex hoc hominum genere eadem gens hausit, ut exempla Ti. Coruncanii, M. Catonis, C. Marii, M. Ciceronis, aliorumque, Velleio lib. I cap. CXXIX & Claudio Ca-

ORTVS, EDV C ATIO, STVDIA.

sari apud Nostrum Ann. XI cap. XXIV recensita, ostendunt. Sed caendum, ne nimium, & cum exclusione Nobilium, extollantur; quod sub Arcadio & Honorio Imperatoribus factum non parum illorum temporum corruptelam auxit. vid. *Bæcler. ad d.l. Velleit.*

§. XI. In Græcino tria merentur obseruari, *Studia, Fatum, Prudentia*. *Studia* quod attinet, laudabili & antiquissimo instituto coniunxit Eloquentiam ac Sapientiam; quæ duo se iungi non debent. Neque enim efficax & reipub. utilis esse potest Sapientia, cui Eloquentia deest; & viceversa Eloquentia plerumque vana & noxia est, si absit sapientia, & quæ ex hac nascitur, virtus. Vera enim Sapientia non tam cognitione & scientia, quam factis censi debet. Pertinet huc illustris locus Ciceronis lib. III de Orat. cap. XV, & continentibus, vbi docet, antiquissimis temporibus arctissime inter se denuncta hec studia, tandemq. doctrinam facisse & recte faciendi & bene dicendi magistrum; neque disiunctos doctores, sed eosdem facisse vinendi preceptores atque dicendi. Postea nonnullos, qui a re civili & negotiis publicis aut exclusi essent, aut sponte abstinerent, in primis Socratem, sapienter sentiendi & ornate dicendi scientiam, re coherentes, & antea communis philosophie nomine appellatas, disputationibus suis separasse: indeque discidium illud existisse cordis & lingue, absurdum sive inutile, & reprehendendum, ut alii nos sapere, alii dicere docerent. Dignus est locus, qui cum cura legatur. Iungentur non inutiliter, duo priora capita libri XII Institutionum Oratoriarum Quintiliani, quibus prolixo docet, Oratorem esse non posse, nisi qui & vir bonus, & philosophia usque artibus, quibus mores formantur, sit instruclus.

§. XII. Fatum Græcini multiplicem nobis obseruationem suppeditat. Primo namque ex eo, quod Silanum accusare jussus abnuit, apparet vis sapientiae sive philosophiae; quæ ubi adest, cohabet Eloquentiam, ne recti honestique fines transfiliat. Facile adnuisset Imperatori Græcinus, innoxiumque Silanum oppresisset, nisi cum eloquentia junxisset philosophiam. Nunc utraque veluti munitus, infeliciter quidem, sed

sed tamén cum æterna nominis sui gloria, abnuit. Deinde Græcinus idem Eloquentiae sapientiaeque studio iram C. Cesaris meritus, documento est, virtutes ut apud bonos Principes gratiam, sic apud malos iram & odium sequi. Apud hos enim, ut alibi Noster, nobilitas, opes, omisi gestique honores pro criminis, & ob virtutes certissimum exitum, de quo plura dissert. precedent. Tertio, quod, quia abnuerat, imperfectus est, eo ministri Principum monentur, summo sibi cauendum studio, ne quid petenti Principi, præsertim malo, cogantur denegare. Vix enim quisquam id sine damno suo, certe nemo sine periculo fecit. Recusationem enim contemtum interpretantur; hunc autem ægerrime ferunt quamlibet boni Principes; mali, quoniam neminem inobedientem ferre posunt, plerumque morte aut exilio vlciscuntur. Præterea qui desideriis Principum refragatur, ea velut iniustitia aut imprudentia arguit; quo pariter eos offendit necesse est. Nolunt enim videri quidquā iniuste aut imprudenter egisse. Quare prudens minister, si quid possidet aut in se deprehendit, quod Principi petenti concedere nolit aut nequeat, dissimulabit, quantum potest, aut deprimet, iubentique intuta aut inhonesta, persuadebit exsequendis se imparem esse: vel si id non possit, mature alio concedet, ac securitati suæ tantisper consulat, dum aut aliorum intercessione, aut tractu temporis & absentia offendentis, Principis ira deferbuerit. Quarto denique in eo, quod Græcinus Silanum accusare iussus est, mos tyrannorum notandus; qui cum aliquem perditum cupiunt, nec tamen aperte adgredi audent; ut amoliantur inuidiam populi sive procurum, subornant alios, qui accusent ac perdant. Quo pertinent, quæ Dissert. preced. prolixe de accusatoribus & delatoribus diximus. Quanquam interdum & boni Principes hac arte utuntur: nempe si quares inuisa populo proceribusue ex necessitate publica peragi debeat, aut aliquid durius in eos consuli, qui gratia apud populum & magnates florent.

S.XIII. Prudentia Græcini hinc eluet, quod Silanum, vi-
rum potentem, & præterea innoxium, accusare iussus, abnuit. Id enim

enim neque honeste, neque tuto facere potuit. Non honeste,
quia quod mandabatur, flagitiosum & illicitum erat. Qualia,
etiam mandata, perpetrare nefas est. Quamquam enim Imperantes
non sint obstricti causam mandatorum suorum
reddere, obsequique gloria, quæ sola subditis relicta est, pa-
rendo potius, quam iussa imperantium sciscitando contine-
atur; (nam, ut bene apud Tacitum Otho Imperator, si, ubi in-
beantur, querere singulis licet, pereunte obsequio, etiam imperi-
um intercidit:) tamen ea necessitas obsequii non debet ad tur-
pia & illicita facta, flagitiosaque ministeria extendi. Hęc e-
nī si imperentur, omnino detrectandum obsequium est, vt
post alios accurate ostendunt Gorius II de I.B.C P. cap. XXVI
num. III, & Baelerus differt. Acad. VI. pag. 324. & 330.. Si sci-
licet certo constet, aut saltē iusso certum videatur, rem
imperatam illicitam atque inhonestam esse. Nam si dubitet
de honestate mandatorum, deprecari quidem obsequium,
& honeste se excusare poterit, sed si mandans persistat in pro-
posito, potius est, ex sententia prudentum, vt obsequatur su-
periori, quam vt abnuat. Cum enim hoc in dubitationem ve-
niat, vtrum iuste an iniuste mandans egerit, ratio iubet inclinare
in eam partem, quæ conseruat, non quæ dissolut ordi-
nem imperandi ac parendi. Is autem exigit, vt subditi, nisi
contrarium plane sit manifestum, semper de mandatis impe-
rantium bene opinentur. Nec officere debet vulgatum illud,
Si dubitas, ne feceris. Nam hoc in iis tantummodo locum inue-
nit, quæ nostro nomine atque arbitrio suscipimus, non item
in illis, quæ superiorum voluntate ac iussu. In his enim, si ob-
sequimur, factum aliena voluntati imputatur, cui non possu-
mus temere & sine periculo inobedientia refragari: contra si
omittimus, quod iussi sumus, verendum est non tantum ne
peccemus inobedientia in imperantes, quos credi par est
iusta & honesta præcipere; sed etiam ne in commoda publi-
ca, quæ respici ab imperantibus, semper existimari debet.
Præterea fieri potest, vt aliquis contemplative dubitet, actiuo
autem iudicio non dubitet: h.e.certo sibi persuadeat, iubenti

IVLII AGRICOLÆ

Principi se obsequi debere. Quo casu, certum est, obsequendum esse. Loquamur sub exemplo. Iusius aliquis a Principe suo militare in bello, de cuius iustitia aut iniustitia evidenter pronunciare nequit, etiam Theologorum iudicio, in his B. Augustini lib. XXII contra Faustum Manicheum cap. LXXIV, & I de Civit. Dei cap. XXVI, B. Gerhardi Loc. de Magistr. polit. §. CCCXCIX, B. Balduini lib. IV de casib. conscientia cap. XII, Lud. Molinae disput. CXIV de Iustit. & Iure, num. V & VI, tenetur obsequi; saltem, si non dubitet, incerto, adveniente præcepto superioris, parendum esse. Nam, si maxime bellum iniustum fuerit, subditus tamen, si pugnauerit, excusabitur mandato sui Principis: at si omiserit, non solum reus est, ut Augustinus loquitur, imperii deserti atque contemti; sed reipub. quoque periclitanti, opemque eius, ac aliorum subditorum, requirenti deerit. Potius igitur est, ut sequatur partem tutiorem. Tuti autem est, obedire magistratui non præcipienti manifeste impia & iniusta, opemque patriæ ferre. Scio, summum virum Hugonem Grotium in II de I.B. & P. cap. XXVI, num. IV aliter sentire: sed nulla valida ratione nixum. Nam quod ait, partem tutiorem esse abstinere, hoc casu, bello; inobedientiamq; in eiusmodi rebus suapre natura minus malum esse, quam homicidium, præscritim multorum innocentium; id negamus. Homicidium enim eiusmodi, ut diximus, superiorum mandato excusatur: neque certum est subdito, iure ne an iniuria committatur. At inobedientia Principem pariter ac rempub. laedi, certum est. Neque magis obesse potest, quod ait, iustificas bellum causas oportere claras esse & evidentes, & proinde tales, que palam exponi & possint & debeant. Primo enim tantum abest, ut in omni bello statim

Bæcler. & simul omne ius belli promulgare consultum sit, ut quando-
Diff. Acad. quæ præcipua causa iustifica ob publicas magnasque ratio-
nes occultari debeat. Deinde si maxime palam exponantur, quo-
tousquisque subditorum tanta est rerum ciuilium peritia,
ut, iustæ an iniustæ sint, possit dignoscere? Neque tollitur
difficultas, si cum Grotio distinguas inter bellum, quo quis im-
petit alios, & quo sua tueri conatur. Nam & cum alios Prin-

ceps

ceps impedit, non minus id egregii publici caussa facit, aut facere præsumitur, quam cum sua defendit: adeoque & eo casu operam suam reipub. subditi debent. Id vero plane ferri non potest, quod eodem loco (credo, ut maiorem veri speciem suæ opinioni conciliet) subiicit; probabile esse, etiam carnifici, qui damnatum occisurus est, hactenus, aut quod questioni & actis interfuerit, aut ex rei confessione, cognita esse debere cause merita, ut satis ei constet mortem ab eo committerit. Deus bone! quanta iuris peritia, quantoque iudicio interdum opus erit carnifici, vt hoc recte diagnoscatur.

§. XIV. Cæterum Græcino non erat dubitandum, an ius-fis C. Cæsaris obediendum esset. Norat enim, ea ex odio vir-tutis ac nobilitatis vrice prouenire. Sciebat Silanum, Cæsare turbatus mare ingresso, non spe occupandi urbem, si quid Imperator per tempestates accideret, remansisse (hæc enim videtur περὶ Φανὸς fuisse iussa accusationis:) sed quod impatientiam nau-se & molestiam nauigandi vitaret. Sic enim clare Suetonius, De- in Calig. nique non ignorabat, accusationes innocentium inter flagi- c. 23. tiosa ministeria haberí. Quid igitur aliud faceret vir honesti rectique amans, quam vt modeste abnueret, quod honeste non licebat facere?

§. XV. Sed & eam ob caussam videtur accusationem Si-lani abnuisse, quod sciret, sine discrimine capitis & fortuna-rum suarum id facere se non posse. Nam plerumque facinorū ministri, dum Principes inuidiam facti, quod mandaue-rant, amoliri, & in eos deriuare coguntur, exitio subiiciuntur, & velut publicæ victimæ promerito supplicio afficiuntur. Exemplo est centurio, qui Tiberii iusu Agrippam occiderat, apud Nostrum Ann. I, cap. VI, & alii: Illustri Forstnero in notis ad pag. 29. cum locum memorati. Deinde quamuis ad tempus lessi post ad-missum scelus gratia sint apud Principem; sit tamen plerumque tamquam fato quodam & diuinæ iustitiae directione, vt tan-dem & ipsi adfligantur & euertantur. Siue odio Principis & metu quoniam, vt est apud eund. Tacitum Ann. XIV, cap. LXII. (vbi & exemplum Aniceti habes) malorum facinorum ministri

*quasi exprobrantes adspiciuntur: seu quod, superuenientibus
allis ad eadem facinora paratis, Principes tedium priorum
capere solet. Quomodo Tiberius scelerum ministros ut pernici-
Tacit. 4.
A. 71. 2. -
ab aliis nobilebat; ita plerumque satiatus, & oblatis in eandem ope-
ram recentibus, veteres & praevariae adfixit. Adeo verum est,
quod alicubi Curtius ait, nullam potentiam scelere questam cui-
quam esse diuturnam. Locus est lib. X cap. I; ubi pariter ira
regis in iure ministros, qui Parmenionem occiderant, recidit.
Postremo verendum erat Græcino, ne, si maxime praesentis
Principis iram euaderet, tamen occiso eo, una cum aliis accu-
satoribus ad cognitionem Senatus vocaretur, ac nocens re-
pertus more maiorum puniretur. Quod Galba, Othona, Ti-
to, Nerua ac Traiano imperantibus, subque initia Vespasiani
& Domitiani, plurimis euenisce, e Tacito, Suetonio, Dione aliis-
que illorum temporum scriptoribus cognoscimus.*

*§. XVI. Atque haec de Ortu Agricole. Sequitur EDVCA-
TIO. Ad hanc pertinet, quod in sinu indulgentiaque (seu, ut in-
re simili Sidonius Apollinaris lib. V epist. XVI loquitur, in sinu in-
dulgentissimo) matris educatus dicitur: hoc est, in contubernio,
sive cubiculo & gremio eius. Id enim voce sinu designari, vel
ex Annali XIII, cap. XIII, & Ann. VI, cap. XLV paret. Qua-
lis autem ea educatio priscis temporibus apud Romanos fue-
rit, optime explicit *Auctor dialogi de Oratoribus*, qui cum
Tacito edi solet, ac a quibusdam Quintiliano tribuitur: cuius
verba & cap. XXIX, etiam Cl. Virgilio in parte laudata, non
ab re fuerit adscribere. *Iam primum*, inquit, *suns eaque filius ex
casta parente natus, non in cella empto & nutritio* (sic appellabantur
seruorum ancillarumque mansiunculae, vid. Columell. de R. R.
lib. I cap. VI, & Sueton. Vitellio cap. XVI.) *sed gremio ac sinu ma-
tris educabatur, cuius precipua laus erat, tueri domum & inferire
liberis. Eligebatur auctem aliqua maior natu propinqua, cuius
probatis spectatisque moribus omnis cuiuspiam familia suboles com-
mitteretur, coram qua neque dicere fas erat, quod turpe dictu, ne-
que facere, quod in honestum factu videretur. Ao (fortasse leg.
Hec) non studia modo curasque, sed remissiones etiam lassus ne pue-
qrorum**

orum, sanctitate quadam & verecundia temperabat. Sic Corneliam Gracchorum, sic Aurellam Caesaris, sic Attiam Augusti matrem presuisse educationibus, ac produxisse principes liberos accipimus. Quae disciplina ac severitas eo pertinebat, ut sincera & integrata, & nullis prauitatis detorta uniuscuiusque natura toto statim pectore arriperet artes honestas, & siue ad rem militarem, siue ad literis scientiam, siue ad eloquentia studium inclinasset, id solum ageret, id uniuersum hauriret. Merebatur locus grauissimi scriptoris, et si prolixior, heic legi, non solum quod dilucidissime exponit, quid sit in finu matris educari; sed etiam, quod ea quae de studiis Agricola Noster hoc ipso capite tradit, egestie illustrat.

§. XVII. Ceterum optandum eslet, vt ea Romanorum severitas ac disciplina circa educandos formandoque liberos hodie in honestioribus Germanorum familiis obtineret: sic enim haud dubie plures ad veram solidamque virtutem entinentur, nec tam alte plerorumque animis vernilia vitia morisq; inhärent, vt aut omnino, aut nisi difficulter & magno labore, eradicari excindique non possint. Nunc fit sepiissime, vt (quod idem auctor de suorum temporum consuetudine cap. 29. queritur) natus infans delegetur alicui ancilla, cui adiungitur unus aut alter ex omnibus seruis plerumque vilissimus, nec cuicunque serio ministerio accommodatus. Horum fabulis & erroribus teneri statim & rudes animi imbuuntur. (Exemplo est Nero apud Sueton. cap. VI.) Nec quisquam in tota domo pensi habet, quid eoram infante domino aut dicat aut faciat: quando etiam ipsi parentes nec probitati nec modestiae partulos assuefaciunt, sed lascivia & libertati (i. e. petulantiae & licentibus dictis ac factis: nisi malis cum Rutgersio V. L. III cap. XI e vett. eodd. in quibus est bibacitatem, legere vinacitatem; vt sensus sit, viuiditatem ingenii ac vigorem singularem a parentibus haberet illam lasciuiam;) per qua paullatim impudentia irrepit, & sui (dum seipsoe proiiciunt, nec iudicia hominum verentur) alienique contemnit. Quæ vita ubi semel obsederint puerorum animos, fieri vix potest, ne deinceps omnem ætatem corruptant, prausique moribus

inficiant. Qua de re grauiter iuxta & eleganter Quintilianus I
Instit. Orat. cap. II: Utinam, inquit, liberorum nostrorum mores
 non ipsi perderemus! Infantiam statim delitiis soluimus. Mollis illa
 educatio, quam Indulgentiam vocamus, ne quos omnes & mentis &
 corporis frangit. Quid non adulterii concupiscet, qui in purpuris re-
 al.cocum. pit? Nondum primi verba exprimit, & iam coccum intelligit,
 & nos. Pa- iam conchylium poscit. Ante palatum eorum, quam oſt institui-
 rei ad h. l. mus. In lecticis crescent; si terram attigerint, e manibus utrinque
 Tal. mores, quod explo- sustinentium pendent. Gaudemus, si quid licentius dixerint. Verba
 dit Barth. ne Alexandrinis quidem permittenda delitiis (pueros delicatos
 Adū. 31, 5. Alexandria aliisque Ægypti locis aduetos intelligit, quos
 iocorum & dictiorum causa alebant:) risu & osculo excipi-
 Sic Vett. mus. Nec mirum: nos docuimus, ex nobis audierunt, nostras ami-
 edd. reſte- cas, nostros concubinos vident. Omne conniuim obſcenis canticis
 male Pare- ana: nec ſtrepit: pudenda diſtūpſtantur. Fit ex his consuetudo, deinde na-
 tura. Diſcunt hec miferi antequam ſciant vitia eſſe. Inde ſoluit
 ac fluentes non accipiunt e ſcholis mala iſta, ſed in ſcholas afferunt.
 Velim hæc accuratiuſ perpendant, qui omnem morum cor-
 ruptelam vita Scholastica & Academicæ imputant: quaſi non
 adferant plerique adolescentum, cum ad ſcholas illuſtres aut
 Academias accedunt, naturam ac indolem iam corruptam &
 prauis moribus inde ab incunabulis, educantium negligen-
 tia aut imprudentia, detortam. Quis itaque miretur, peiores
 ſubinde diſcedere, quam aduenerant? præſertim vbi ea do-
 ctrinæ pars, quæ ad prauitatem morum corrigeſtam plurimum
 facit, negligitur aut ſuperficia ſeria opera vix attingitur.
 Nam a legibus quidem ſolis, earumque exſecutione, præſer-
 tim ſi debitum pondus abſit, nemo prudens, rerumque ac
 temporum peritus, facile ſperabit iuſtam & catholicam emen-
 dationem.

§. XIX. Porro quod in ſinu & INDULGENTIA matris
 educatus Agricola dicitur, id minime capiendum de molli illa
 educatione, quam Quintilianus Indulgentiam vocari ait; & de
 qua Poëta:

Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos:

ſed

sed de laudabili ac prudenti, quam Græci σογύλω vocant; quæque ingenue ac liberaliter infantes ac pueros habet. Huius ideam post alios multos (quorum ne quidem nomina heic adduci opus est) præclare nuper exhibuit, qui ad exemplum Barclaianæ Argenidis *Nouas Solymas* in Anglia *publicauit; *Londini
quisquis fuit, vir certe probus & eruditus, nec vulgaris aut ^{a. 1648.}
prudentia aut iudicii. Sed quid prohibet, egregia dissertationis, quæ statim *sub initium libri I* se offert, summa capita huc pag. ii. &
excerpere? præsertim cum paucorum manibus, in his qui-
dem oris, opusculum illud teratur. Sic igitur incolas Nouo-
rum Solymorum primam etatem instituere fingit: *Corpuscula*
infantium, quantum *venia medicorum* licet, ad omnem *curritiem*
sensim ad*sues* facere, & in eo collocare *indulgentie* sue *maximam*
ostentationem, ut *vitæ casibus* perferendis, ab *ipsis incunabulis* sint
preparati. *Vbi* *primum* *pedibus* *ut* *que* *insistere* *possunt*, *ire* *do-*
cere, *decenter* & *strenue*: *addere* *gestum*, *motumque* *torius* *corporis*.
Tum *inde* *ad* *curritationem* *impellere*; *saltandi*, *nandique*, & *sagit-*
tandi *atque* *ciusmodi* *studia* *adiungere*: *cum* *ista* *cautione*, *ut* *hec*
virium *rentamenta* *moderate* & *gradatim* *exerceantur*, *ne* *nimis*
& *violentis* *nixibus* *aut* *præsens* *periculum*, *aut* *infirmam* *contra-*
bant *senectutem*. *Iracundiam* *atque* *immodicam* *flendi* *libidinem*,
prima *que* *in* *infantibus* *apparent*, *vitias*, *ad* *hec* *contumaciam*, *su-*
perbiā *atq*, *inuidiam*, *primum* *debellanda* *suscipere*: *spontaneam*
patientie *ac* *benevolentie* *consuetudinem* *magis artibus* *ac* *premiis*,
quam *præceptis* *conciliare*. *Lachrymis* *nihil* *a* *se* *pati* *extorqueri*;
quin *ad* *alia* *quani* *remedias* *diuertere*. *Tum* *istam* *puerilis* *animi*
obstinatem *metu* *ac* *reuerentia* *frangi*. *Ulro* *superbientes* *mini-*
me *inflare* *vanis* *incitamentis* *stultisque* *sermonibus*. *Liberales* *atq*,
beneficos *esse* *monere*; *nec* *in* *aliorum* *miseriis*, *seu* *veris*, *seu* *forte*
fictis, *voluptatem* *capere* *aut* *irridere* *permissum*. *Præcipue* *tem-*
perantie & *continentie* *vinculis* *coercere* *impotentiam* *cupidita-*
tum. *Somnum* *inprimis* & *gulam* *moderari*: *diluculo* *surgere* *ac*
victu *fortuito* *ut* *cogi*: *escas* *dulces* & *delicatas* *rariissime* *attingere*:
rursus *interdum* *ad* *satiatem* *usque* *ingerere*. *Neque* *solum* *hos*
excessus *affectionum* *refrenare*, *verum* *pari* *studio* *defectus* *supplere*:
metum,

IVLII AGRICOLÆ

metum, pudoremque subrusticum familiari conspectu hominum, rerumque formidabilem sensu alienare. Summam denique artem aperam intendere in accendendis puerorum ingenii. Interim saltem sobrietatis & modestie inspergere, ne in heroica Ethnicorum vitia per intemperiem excurrant. Auspicari hanc disciplinam vel ab initio ipsius infantiae: tum vero potissimum, cum verba primum proferre condiscunt. Ingenia ipsorum primum versare in Grammaticum in Arithmeticas & Mathematicas artibus, quæ ab humanis institutionibus minime pendent, atque ad rationis semina elicienda, vagamq; aciem ienellarum mentium confirmandam maximam vim habere censemur. Minoræ, & tardioris ingenii pueros simplicibus questiunculis: maiores, aut præcoces, perplexioribus pensis exercere. Ludos etiam, qui numero vel mensura constent, pro iis exquirere: neque vane aut temere lusitare concessum. Ante omnia fidem & imaginationem occupare: ad res turpes, tanquam monstræ & prodigia conorrescere discere: ac infinitum atque indubitate numen summa cum reverentia agnoscere. Mendacem cum mutis animantibus includi, quasi hominem societate indignum. Per haec initia ad Dei cultum, ad patriæ curam, & caritatem, ad parentum maiorumque venerationem, & fraternalm benevolentiam cum omnibus diligentia pueros erudiri. Ac licet haec educatio pari projectu non ubiq; succedat, si quis sit tamen nobiliori ingenio præditus, illum exquiri exsuscitarique; neque ad altiora natum, in domesticis tenebris latentem destitui: qui vero a natura minus prompti sunt, non idcirco fastidisri, & ut omni disciplina indignos dannari; quinimo his diligenterem operam adhiberi, ut saltem consurgere possint ad ultimum sue capacitatibus gradum, ac olim aliquam reipub. partem non inepte capessant. Prolixius haec, fateor, adduximus, quam instituti nostri ratio ferre videbatur; sed tamen, ut spero, non sine aliquo lectoris fructu.

§. XIX. INGENIUM ac indolem Agricolæ tribus veluti characteribus noster designat; uno, cum bonam integrumque naturam ei tribuit; altero, cum sublime & erectum ingenium: tertio, cum vehementius, quam cautius, pulchritudinem ac speciem excelsæ magnaque gloria appetuisse ait. De singulis breuiter,

Per

ORTVS, EDVCATIO, STVDIA.

Per bonam integrumque naturam haud dubie intelligit, quam comm.
Auctor de oratoribus cap. XXIX sinceram & integrum & nullis
prauitatis detortam naturam, Quintilianus I Inst. Or. II bo-
nam indolem, Cicero in orat. pro Cœlio cap. V naturale bonum,
Cornelius Nepos in vita Attici cap. IX perpetuum naturalene
bonitatem vocat; hoc est, naturalem, eamque egregiam,
ac nondum vitiorum consuetudine inquinatam, propensi-
onem ad omnem virtutem, ejusque cultum, ac vitiorum seriam
& constantem auersationem. Quæ inter prima viri politici re-
quisita est. Nam, ut eleganter ostensum eruditissimo Caselio
cap. II X propolitici, vir vere politicus etiam eximie bonus esse
debet. Iam nemo unquam (verba sunt Vopisci in vita Probi) ad
virtutem summam peruenit iam maturus, nisi qui puer seminario
virtutum generosiore concretus, aliquid inclitum designavit. Præ-
terea si quamlibet raræ ingenii dotes in vulpina & veteratoria
ingenia incident, fieri videmus, ut in perniciem suam iuxta &
aliorum, patriæque exitium potius, quam utilitatem publi-
cam conuertantur. Id quod Themistoclis, Alcibiadis, alio-
rumque exempla docent: de quibus iure dubites, plusne com-
modi eximia illorum indoles, ac ingenium in omnia versati-
le, an periculi & damni, patriæ ipsorum attulerint. Quomodo
hæc naturæ bonitas foueri sustentarique debeat, præter ea,
quæ de Educatione diximus, ostendent, quæ paullo ante lau-
datus Caselius cap. XI propolitici differuit.

§. XX. Non est prætereundum, quod Tacitus ait, hanc
bonam integrumque naturam arcuisse Agricolam ab ILLE CE-
BRIS PECCANTIUM. Qua appellatione haud dubio
designat blandimenta, quibus cum vitiosi, tum vitia ipsa adli-
ciunt animos iuuentutis, adlectosque inficiunt ac corrum-
punt. Habent enim hoc pleraque vitia, præsertim quæ ado-
lescentiae ac iuuentuti veluti propria sunt, (ut iracundia,
libido, intemperantia, petulantia, temeritas, ambitio, &c.)
ut etiam non sentientes trahant. Siue peccandi facilitate;
cum sine molestia suscipitur, ad quod natura magis propen-
demus: sine precantium auctoritate ac multitudine; dum
vitia ob auctoris decus, frequentiamque eorum, qui illis

D

sum

IVLII AGRICOLÆ

22
sunt dediti, in virtutes accipiuntur, atque ad imitationem
alios accendent; licetumque adeo putatur, quod est publi-
cum: seu denique specie honesti, cum virtus sub nomine virtu-
tum, e. g. temeritas fortitudinis, prodigalitas liberalitatis,
obrepunt. Sed potissima heic conversationis vis est, qua pœne
necessie est eorum imbibiri vitia ac mores, quibuscum cotidie
viuitur; præsertim ab adolescentibus, quorum nondum ob-
firmatum aduersus has illecebras pectus facile peruersos ac
noxios familiarium mores admittit. Ceterum recte ait Tacit-
ius, *ab his illecebris areuisse Agricolam bonam integrumque natu-
ram*. Nam et si non parum aduersus hæc vitiorum blandimen-
ta doctrina & exerecitatio potest; plurimum tamen naturæ
bonitas valet, si rite colatur ac soveatur. Quemadmodum e-
diuerso qui natura in virtutibus proclives sunt, eos, humana qui-
dem opera ac industria, aut nunquam, aut ægerrime in virtu-
tis semitam traducas.

§. XXI. *Sublime ingenium, interprete summo viro, Aug-*
in comit. Buchnero, est, quod alta agit, & omnia capiat; quemadmo-
MS. ad b. l. dum Plinius Cæsari sublimitatem omnium capacem tribuit: cre-
etum vero, acre, & sibi semper intentum, non languidum, timi-
*13. A. 3. 7. dum, socors. Noster alibi, cum de Nerone loquitur, *vinidum**

4. H. 5. 2. animum; cum de Heliodio Prisco, *ingenium illustre* vocat. Vbi-
que vero designat per hosce characteres ingenium, ut ab erudi-
tis appellari solet, *præticum*, i. e. sensu communi, & iudicio
rebus agendis congruenti, ingenita quadam felicitate præ-
stans, plurimumque discrepans a specie ingenii qualibuscum-
que adminiculis ac adsciticiis coloribus efficta & elaborata.
qualis non paucis magnorum ingeniorum opinionem con-
ciliare solet, quamvis non amplius quam exteriori scenæ in-
seruiat. Huiusmodi ingenio pratico cum primis ei opus, qui
ad eximii politici gloriam per literarum studia adspirat. Nam
quemadmodum in omni studiorum genere, ita in politico
apta ac, ut ita dicam, appropriata ingenii vis requiritur. Et
heic quoque illud poetæ locum inuenit:

Tu nihil intuta dices faciesque Minerva.
Certe nemo vñquam sine excellenti ingenio illustris in re-
pub.

pub. exstisit. Nam quibus casus ac fortuna pro ingenio sunt, (suere autem bene multis, suntque adhuc hodie:) horum vel ideo minus consummata ac solida est gloria, quod destituuntur præcipuo magnorum operum instrumento, quo Deus & Natura solent instruere, quoscunque maximis rebus peragendis destinarunt.

§. XXII. Ceterum in hunc censum minime veniunt *ingenia* (vt a Boetlero describuntur) subtilitate cogitandi, celeritate in-^{ad 4. An.} telligentiæ, copia & facilitate inueniendi, pane ad miraculum usque ^{Tac. c. 4.} præstantia. Hæc enim quemadmodum ad philosophandum, docendosque alios aptissima sunt; sic ad ciuilem actum, ac rem publicam ineptissima. Omnis enim eorum vis in contemplatione consumitur; eoque ab agendi dexteritate longissime absunt. Sed nec eorum ingenia huc faciunt, qui (notante eodem summo viro) Prædici ingenii non impressæ modo notantur, sed eminentes dores, & singularia specimina praefferentes, nihil nisi ad actionum humanarum normam sapiunt; maxima queque negotia in argumento sermonis, consilia recondita de repub. in materia commentationum, inuenta noua, mira, gloriofa, in ostentatione cotidiani operis habent; vt Iouem lapidem iures, ex omnibus illis negotiis, quæ prudentibus & politicis viris laudis gloriæque materiam præbere solent, nihil iis ignorari, nil abstrusum, nil non perium perspectumque esse. Et tamen si proprius penitusque inspicias, non modo maximarum, sed etiam vulgarium rerum habitum, in dolem, conditionem vix ultra quam superficiaria cognitione attingunt, ad ipsa vero accuratioris estimationis adyta minime penetrant. Hoc genus hominum, nostris temporibus satis frequens, quam magnificam speciem ostentat, tam noxiū est ciuili societati, cum ad summam reipub. admouetur: tantoque magis, quanto proprius ad externam speciem ingenii vere practici accedit. Cuius longe alias sunt dotes, quam quas hucusque descripsimus. At quænam illæ? inquies. Ardua profecto res est, dignæas explicare: velle nique accuratius exposuissent, qui politicum formare ac fingere scriptis conati sunt. Nunc plerique silent, aut rem omniem non nisi perfectoria opera, obscurae

D

dilic.

IVLII AGRICOLÆ

24

diligentia tractant. Ut aliquid in re difficillima dicamus; præcipuas, immo plerasque, politici ingenii dotes suppeditabit
pag. 52. ed.
M. Steph.
 breuis, sed dignus consideratu, locus Thucydidis e lib. I historie;
 quo, summorum virorum sententia, non tam Themistoclis,
 acerrimi prudentissimique viri, ingenium, quam totius naturæ vires, quas vñquam in magnos & illustres in repub. conatus largita est, exposuit. Erat, inquit, Themistocles is, qui vim nature validissime significaret, ac in hoc multo magis, quam quinis aliis, administratione dignus. Naturali enim intelligentia nullus, nec precedente nec accidente doctrina, de presentibus ac subitis celerrimo consilio rectissime indicabat; & in futuris plerumque, quod cœntrum erat, optime coniectabat: efficax eorum, que inter manus haberet, administrator; nec alienus a diiudicandis, quorum usu destinabatur: in rebus adhuc ambiguis, quid melius peiusque foret, præcipue prouidens; denique, ut breviter omnia complectar, tanta consilii celeritate, ut quod factu opus esset, extemporali felicitate statim ediffereret. Singulas hasce facultates siue dotes ingenii politici solita diligentia, vberitate & elegantia pertractauit paullo ante laudatus Bæclerus in Commentario Nepotis, qui omnino adiri debet.

apag. 17.
ed. nostra
8. ad 31.

in prop. 18.
capp. 18.
29. 20.

§. XXIII. Sed erunt fortasse, qui Thucydideam hanc descriptionem tantum ad ingenia extraordinaria, quali Themistocles fuit, eaque iam in actu rerum versantia, pertinere putent. Nobis autem, in præsenti, ordinaria ingenii bonitas, & qualis in adolescentibus deprehendi potest, respicienda est. Hanc igitur, secuti celeberrimum Caselium, tribus veluti partibus metimus, *Memoria, Docilitate, & Solertia*. Græci vocant *μνημην, διαλογα, αγριόντας*. Quibus simul Intelligentia & Iudicium, que alii requirunt, comprehenduntur. Ea enim a docili, perspicaci, & mediocri memoria prædicto, abesse non possunt. Neque enim discere quis existimandus est res, quas neque intelligit, neque diiudicat: & plene facileque perspici nequeunt, nisi queæ ante a probe intellecta ac diiudicata sunt. Ac *Memoriam* quidem adeo non requirimus ad miraculum excellentem, (qualem nonnullis fuisse nouimus) ut pâne arceamus a ciuili actu, qui tali pollut. Plerumque enim iudicio careat, adeoque

adeoque ad res gerendas minus apti sunt. Sufficiet igitur futuro politico mediocris, hoc est, quæ visa, audita, lecta paruo negotio teneat, atque, cum opus est, reddat promatque. Hæc in tenera statim ætate colenda ac exercenda est, non inanibus & vulgaribus nugis, quorum postea obliuisci oporteat; nec imaginibus aliisque nugatoriis artibus, quas hodie multi magna cum ambitione incautæ iuuentuti obtrudunt: (nam ea præterquam quod naturalem memoriam multitudine specierum obruunt, viresq; eius cito & ante tempus exhaustiunt, vix ultra quam ostentationi seruiunt:) sed versiculis sive poëmatis, sententiis veterum moralibus & politicis, denique historiis, & omnium virtutum illustribus exemplis. Docilitatem vocamus facultatem ingenii, qua facile, & ordine, & perspicue apprehendimus, quæ legimus aut docemur. Hæc quanto maior est in adolescente ciuilibus studiis dedito, tanto plus ei adiumenti adferet. Neque enim heic aliquid nimium cogitari potest. Quod si cui mediocris contigit, diligentia ac industria augeri debet: quæ dici non potest, quantum etiam hebetia & obtusa ingenia acuat. Sicuti contra negligentia & ignavia vel acerrimas atque excitatissimas naturas deterit ac obtundit. Denique Soleriam dicimus, qua nullo negotio deprehendimus rerum negociorumque ciuilium causas, intimasque eorum recessus penetramus, & quæ ad res arduas ac difficiles expediendas maxime faciunt, promte excogitamus. Qua parte mire excelluisse Themistoclem, Thucydides, N eos Cornelius, aliquie testantur. Hæc maxime vsu & exercitio splendescit: estque velut anima studiorum actuunque ciuilium.

§. XXIV. A sublimi & erecto Agricolæ ingenio Tacitus prouenisse innuit, quod pulchritudinem ac speciem excelsa magnaque glorie vehementius quam cante appetit. Quod & ipsum inter indicia excellentis indolis referri debet. Nempe præstantissima quæque ingenia, in adolescentia ac iuuentute, famæ laudisque studio vnice impelluntur, eique, iuuenili quodam impetu, alia omnia posthabent. Quo fit, ut freno potius, quam calcaribus, illis opus sit. Quod, inter alios, Cicero innuit, cum ait, *impetum animi, cupiditatem vincendi, ardorem mentis*

*Orat. pro
Cato c. 32.*

tis ad gloriam, in adolescentia, tanquam in herbis, significare, que
virtutis maturitas, & quante fruges industria sint futura. Etenim
semper magno ingenio adolescentes refrrenandos potius a gloria,
quam incitandos fuisse. Amputanda plura esse illi atati, si quidem
efflorescit ingenii laudibus, quam inferenda.

§. XXV. Bene monet, coercendos esse hos impetus, ac ad
quandam moderationem ac mediocritatem redigendos. Id
enim nisi fiat, euenit plerumque, ut reipub. juxta & sibi noce-
ant, ac denique per ambitiones molitiones in exitium sepe præ-
cipitent. Quod Themistoclem, Casarem Iulium, Pompeium,
aliosque fecisse nouimus. Prudenter igitur Procilla filii incen-
sum ac flagrantem animum coerenit: præsertim cum non ad ve-
ram gloriam, sed speciem eius, nec satis caute, adspiraret. Alias
non negamus, legitimam cum ingenii methodum hoc requirere,
ut studio laudis existentur ad officium, incendantur urge amorem glo-
riae & virtutis: ut in illis oriatur generosa quedam inuidia, & sine
odio de laude probitateque contentio. Quod suadet Naudens in
egregio syntagma de Studio liberali, digno quod saepius rele-
gant, qui vita, non scholæ discere, solideque in politioribus li-
teris proficere cupiunt. Est autem coercitione isthac fere tan-
tum in pueritia ac inuentute opus. Nam autem atatis, ac ple-
more rationis usu, plerumque ardor ille deferuerescit, istamque
inuentutis acerbitudinem, ut de Agricola Noster ait, mitigat ra-
tio & etas. Quod etiam de Catone sperabat Cicero orat. pro
Murena.

XXVI. Supersunt STVDIA Agricolæ: de quibus ali-
quanto prolixius agere constitueramus, quod hic locus unus
ex illustrissimis est, quæ de studiis eorum, qui in spem reipubl.
educantur, in vniuersa antiquitate reperiuntur. Nunc, cum
præter opinionem creuerit hæc commentatio; Taciti vestigia
fecuti, breuius hac opera defungemur. Primo recte atq; ordi-
ne factum, quod Agricolæ sublime & erectum ingenium, rebusq;
gerendis natum, honestis artibus, i.e. literarum ac sapientia stu-
diis, imbutum est. His enim carere nequeunt, qui ad eximii
politici gloriam adspiran. Evidem fatendum est, nonnullos
adeo valuisse ingenio & sensu communis, ut, quamlibet litera-

comm. 6.

cap. 31.

rum

rum rudes, omnem aliorum cognitionem ac dexteritatem in
civilibus negotiis antecellerent. Qualis Philippus Cominæus
fuit, qui sine ullo literarum adiumento, solo rerum usu, ac na-
turali iudicij bonitate, adeo profecit, ut non solum inter pru-
dentissimos sui temporis haberetur, ac maxima quæque nego-
tia feliciter expediret; sed etiam historiam ita laudabiliter
scriberet, ut Lipsius non veretur etim componere cum quo-
nis antiquorum, ac seculi sui quandam veluti Polybium pro
<sup>not. ad 21.
polst. 9.</sup>
dicet. Quod etiam plerorumque prudentiorum iudicium est.
Franciscus quoque Aranda, Aragonius, sola naturæ bonitate,
atque ingenii dotibus, citra ullam scientiam, ac citra ullam prope-
modum literas, ita fuit accommodatus ad domos Principum, quibus
diu præfuerat, moderandas, ut nusquam non & in consultandis, &
in administrandis rebus ac manutandis, primas obtinuerit partes.
Testis Laur. Valla lib. II de rebus Ferdinandi, additque, hinc ap- pag. m. 763.
parere, ex homine nativis bonis excellenti formari potius præcepta
sapientie, quam ex præceptis sapientie formari hominem excellen-
tem. Sed primo rarissime huiuscemodi ingenia, & vix singula
singulis seculis inueniuntur. Deinde, si maximè præsto sint, nun-
quam tamen sola naturæ bonitate ad solidam civilis pruden-
tiae gloriam emitentur. Nam cum honesti in honestique, utilis ^{Buchner.}
item & noxi rationes plane perspectas non habeant, necesse ^{in comm.}
est, ut in tenendo honesto ac utili non satis sibi constent, ac ^{MS. ad A.}
modo deficiant, modo excedant. Sane quod Themistocles, ^{gric. r. 15.}
quod Marcus Coriolanus, quod C. Marius, summi alioqui vi-
ri, tam in aequaliter egerunt, vitiisque æque ac virtutibus in-
claruere, id recte Plutarchus adnotauit, non aliunde prouenisse,
quam quod literis imbuti non essent, quibus cursum actio-
num suarum dirigerent, ac animi impetum moderarentur.
Igitur quamvis multum ad ciuilem prudentiam & virtutem
consequendam naturæ bonitas valet; non illæ tamen solidæ
ac stabiles sunt, nisi disciplina & institutio accedat. Agnouit
hoc ipse Cominæus, cum in illustri de literarum utilitate digres-
sione, quam libro II historie sue inseruit, inter alia fatetur, ^{secap. 6. edit.}
per octodecim integrlos annos, quibus magna vis secretorum negotio-
rum sibi perfecta sit, sapissime ipso usu compertisse, unum de maxi-
^{Barth.}
^{m. 2}

mis instrumentis esse, quibus homo possit ad sapientiam peruenire, legisse cum historias eui veteris, ac ad earum momenta scire vitam, consilia, & conatus suos moderari atque exigere, exemplis maiorum nostrorum iter nobis ad prudentiam veram patefacientibus, &c. hacque ratione in uno solo libro tribus solis mensibus plus visurum unum hominem, quam experientia, vsusque rerum, & conspectus viae, viginti integros docere possint, etiamsi ordine suam alteri etatem alter subiminxerit. Quid efficacius in literarum commendationem adferre poterant, qui omnem etatem in iis consumserent? Sed meretur locus egregius, ut totus euoluatur, iuncta non dissimili dissertatione de causis dissidiorum & bellorum a Deo permisorum, quæ lib. V. cap. XIX legitur.

carum. 3.

pag. 88.

C 96.

§. XXVII. Id quoque recte factum, quod statim parvulus literarum studiis admotus, pueritiam ac adolescentiam per omnem honestarum artium cultum transegit. Nam (vt iterum Naudaeus) multum referit molles adhuc pueros, & duotoris pollicem sponte sequentes, laboribus adsuesieri, & informari ad virtutem, priusquam domestica indulgentia corrupti, vitia cum intelligant, tum degastarent: iacienda fundamenta bene vivendi, dum tener est animus, & facilis quamlibet impressionem admittere; quæ et nunc apud Dion. erit ita & in uniuersa vita seruabitur. Quare & Mecenas Augusto Cass. l. 52. p. 4. suadebat, ut, prospecturus, qua ratione cines quam optimi siant, in 482. & 483. stituant, ut patricii equestrisque ordinis homines, DVM AD HVC ed. VVechel Gracolat.

C. 32. 40.

A. C. 42.

C. 33. 40.

C. 34. 41.

C. 35. 42.

C. 36. 43.

C. 37. 44.

C. 38. 45.

C. 39. 46.

C. 40. 47.

C. 41. 48.

C. 42. 49.

C. 43. 50.

C. 44. 51.

C. 45. 52.

C. 46. 53.

C. 47. 54.

C. 48. 55.

C. 49. 56.

C. 50. 57.

C. 51. 58.

C. 52. 59.

C. 53. 60.

C. 54. 61.

C. 55. 62.

C. 56. 63.

C. 57. 64.

C. 58. 65.

C. 59. 66.

C. 60. 67.

C. 61. 68.

C. 62. 69.

C. 63. 70.

C. 64. 71.

C. 65. 72.

C. 66. 73.

C. 67. 74.

C. 68. 75.

C. 69. 76.

C. 70. 77.

C. 71. 78.

C. 72. 79.

C. 73. 80.

C. 74. 81.

C. 75. 82.

C. 76. 83.

C. 77. 84.

C. 78. 85.

C. 79. 86.

C. 80. 87.

C. 81. 88.

C. 82. 89.

C. 83. 90.

C. 84. 91.

C. 85. 92.

C. 86. 93.

C. 87. 94.

C. 88. 95.

C. 89. 96.

C. 90. 97.

C. 91. 98.

C. 92. 99.

C. 93. 100.

C. 94. 101.

C. 95. 102.

C. 96. 103.

C. 97. 104.

C. 98. 105.

C. 99. 106.

C. 100. 107.

C. 101. 108.

C. 102. 109.

C. 103. 110.

C. 104. 111.

C. 105. 112.

C. 106. 113.

C. 107. 114.

C. 108. 115.

C. 109. 116.

C. 110. 117.

C. 111. 118.

C. 112. 119.

C. 113. 120.

C. 114. 121.

C. 115. 122.

C. 116. 123.

C. 117. 124.

C. 118. 125.

C. 119. 126.

C. 120. 127.

C. 121. 128.

C. 122. 129.

C. 123. 130.

C. 124. 131.

C. 125. 132.

C. 126. 133.

C. 127. 134.

C. 128. 135.

C. 129. 136.

C. 130. 137.

C. 131. 138.

C. 132. 139.

C. 133. 140.

C. 134. 141.

C. 135. 142.

C. 136. 143.

C. 137. 144.

C. 138. 145.

C. 139. 146.

C. 140. 147.

C. 141. 148.

C. 142. 149.

C. 143. 150.

C. 144. 151.

C. 145. 152.

C. 146. 153.

C. 147. 154.

C. 148. 155.

C. 149. 156.

C. 150. 157.

C. 151. 158.

C. 152. 159.

C. 153. 160.

C. 154. 161.

C. 155. 162.

C. 156. 163.

C. 157. 164.

C. 158. 165.

C. 159. 166.

C. 160. 167.

C. 161. 168.

C. 162. 169.

C. 163. 170.

C. 164. 171.

C. 165. 172.

C. 166. 173.

C. 167. 174.

C. 168. 175.

C. 169. 176.

C. 170. 177.

C. 171. 178.

C. 172. 179.

C. 173. 180.

C. 174. 181.

C. 175. 182.

C. 176. 183.

C. 177. 184.

C. 178. 185.

C. 179. 186.

C. 180. 187.

C. 181. 188.

C. 182. 189.

C. 183. 190.

C. 184. 191.

C. 185. 192.

C. 186. 193.

C. 187. 194.

C. 188. 195.

C. 189. 196.

C. 190. 197.

C. 191. 198.

C. 192. 199.

C. 193. 200.

C. 194. 201.

C. 195. 202.

C. 196. 203.

C. 197. 204.

C. 198. 205.

C. 199. 206.

C. 200. 207.

C. 201. 208.

C. 202. 209.

C. 203. 210.

C. 204. 211.

C. 205. 212.

C. 206. 213.

C. 207. 214.

C. 208. 215.

C. 209. 216.

C. 210. 217.

C. 211. 218.

C. 212. 219.

C. 213. 220.

C. 214. 221.

C. 215. 222.

C. 216. 223.

C. 217. 224.

C. 218. 225.

C. 219. 226.

C. 220. 227.

C. 221. 228.

C. 222. 229.

C. 223. 230.

C. 224. 231.

C. 225. 232.

C. 226. 233.

C. 227. 234.

C. 228. 235.

C. 229. 236.

C. 230. 237.

C. 231. 238.

C. 232. 239.

C. 233. 240.

C. 234. 241.

C. 235. 242.

C. 236. 243.

C. 237. 244.

C. 238. 245.

C. 239. 246.

C. 240. 247.

C. 241. 248.

C. 242. 249.

C. 243. 250.

C. 244. 251.

C. 245. 252.

C. 246. 253.

C. 247. 254.

C. 248. 255.

C. 249. 256.

C. 250. 257.

C. 251. 258.

C. 252. 259.

C. 253. 260.

C. 254. 261.

C. 255. 262.

C. 256. 263.

C. 257. 264.

C. 258. 265.

C. 259. 266.

C. 260. 267.

C. 261. 268.

C. 262. 269.

C. 263. 270.

C. 264. 271.

C. 265. 272.

C. 266. 273.

C. 267. 274.

C. 268. 275.

C. 269. 276.

C. 270. 277.

C. 271. 278.

C. 272. 279.

C. 273. 280.

C. 274. 281.

C. 275. 282.

C. 276. 283.

C. 277. 284.

C. 278. 285.

C. 279. 286.

C. 280. 287.

C. 281. 288.

C. 282. 289.

C. 283. 290.

C. 284. 291.

C. 285. 292.

C. 286. 293.

C. 287. 294.

C. 288. 295.

C. 289. 296.

C. 290. 297.

C. 291. 298.

C. 292. 299.

C. 293. 300.

C. 294. 301.

C. 295. 302.

C. 296. 303.

C. 297. 304.

C. 298. 305.

C. 299. 306.

C. 300. 307.

C. 301. 308.</div

gem Cicero: Non, inquit, ingenerantur hominibus mores ex stirpe generis ac senectinis, quam ex iis rebus, que ab ipsa natura loci, & a vita consuetudine suppeditantur; quibus alsumur & vinimus. Carthaginenses, fraudulenti & mendaces, non genere sed naturali loci, quod, propter porrius suos, multis & variis mercatorum & adueniarum sermonibus, ad studium fallendi, studio questus vocabantur. Ligures, montani, duri atque agrestes. Docuit ager ipse, nihil ferendo, nisi multa cultura, & magno labore questum. Campani, semper superbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulchritudine. Ex hac copia, atque omnium rerum afflentia, primum illa nata sunt, arrogantia, que a maioribus nostris alterum Capua consulem postulauit; deinde ea luxuries, quae ipsum Hannibalem, armis etiam tum iniicium, voluptate cepit. adde Senecam epistola L I. A situ quoque locorum mores diversimode formari, certum est. De quo multa Besoldus lib. de natura populorum capp. III, IV, V & VI. Hæc cum ita sint, manifestum est, ad parandam sapientiam ac virtutem non omnem locum pariter aptum esse: sed eum maxime, in quo doctrinæ plurimum, minimum autem est corruptelæ. Nam in loco vitiorum consuetudine inquinato, quamlibet optimis præceptis institutum animum publici mores vel inuitum abripunt. Prudenter igitur a parentibus Agricola ea yrbs studiis eius delecta est, quæ & doctrina floreret, (erat enim eloquentia & philosophia studiis tam celebris, vt Strabone teste, a plerisque Romanorum ipsis etiam Athenis præferretur) & prouinciali parsimonia Grecaque comitate mixta ac bene composta erat; h. e. ubi & frugalitas ac disciplina, secus quam Romæ, quippe inter mediocres & prouinciales homines (quorum veluti propria censebatur parsimonia & seueritas: vid. Ann. III cap. LV, & Lib. XVI cap. V.) nec tamen ea ruditas rusticitasque obtineret, quæ plerumque in aliis prouinciis & coloniis: quod incolæ origine Græci, visitatam genti suæ comitatem eo attulerant. Quæ mixtura comitatis & parsimonie, siue voluptatis & seueritatis, maxime apta iuuentuti est, illi præsertim quæ ciuilibus studijs operatur. Comitas enim asperitatem studiorum mitigat,

IVLII eAGRICOLE

ac rubiginem morum, quam schola puluis inducere solet, abstergit: Parsimonia temperat etiam permissas voluptates, coercet, qui in eos impenduntur, sumitus; denique licentiam & luxum arcit, quo quae eneruantur ingenia, raro aut nunquam ad ardua enituntur. Itaque si misceantur, ut a Neronis

Tacit. 13. præceptoribus factum, morum severitas, & comitas honesta, fit, *ad. 2, 1.* vt nec tristitia ac pudore subrustico deprimatur animus, neq; rursus nimia letitia diffusat, ac sustinendis studiorum laboribus impar euadat. Sed de hoc temperamento plura ad cap. IX.

§. XXIX. Honestarum ariuum appellatione, per quarum cultum pueritiam adolescentiamque transegit Agricola, ac plerique Senatorum & Equitum Rom. filii, designantur (ut docet locus *e dial. de Oratoribus supra adductus*) res militaris, iuris scientia, & eloquentia. Ad hæc enim tria, omnem institutionem Romanorum referebant; sic ut plerumque vni ex illis se totos dederent, nec tamen reliqua plane negligerent. Eloquentiae autem ambitu complectebantur & humaniores literas, easque philosophiae partes, quarum usus aliquis in ciuili vita esset. Quoniam autem ordine, & qua ratione cuncta hæc tractauerint, dicemus ad cap. sequens. Nunc enim ad modum studiorum nobis properandum est.

Comm. 5. §. XXX. Hunc Tacitus indicat, cum ait: Incensum & flattery Agricola animum prudentia matris, aetatuque etatis & rationis, coercitum ac mitigatum esse, ne studium philosophie acrius (sic enim legendum, docemus alibi) ultra, quam concessum Romano ac Senatori, habuisset; sed, quod est difficillimum, ex sapientia modum retineret. In quibus verbis tria notari merentur; Characterem iuvenilis, prudentiam matris, & modus ipse ex sapientia retinendus.

§. XXXI. Characterem iuvenilis ingenii illud indicat, quod Agricola vehementius quam cante speciem excelsæ glorie appetens, acrius philosophie studium (i. e. subtiliores philosophiae minutias, quarum profundior cognitio parum iunat eos, qui reip. dignitatibus, curisque ciuilibus vel conditione generis, vel mandato parentum, vel & sua spe votoque destinantur:) ultra quam

ORTVS, EDVCATIO, STVDIA.

quam Romano ac Senatori concessum, hancire conatus est. Notat enim his verbis Tacitus ingenium plerorumque adolescentium, qui, iuuenili imprudentia & errore ducti, ea ferme studiorum doctrinæque genera sectantur ac colunt, quibus plus vanitatis, ostentationis & subtilitatis, quam vera in communi vita reque publica utilitatis, inest. *Ἐπι γδ ἀτάντων περιηγά- Or. 2. des-
τῶν, vt ait Iſorates, τέος τὰς περιθόητας καὶ θαυματομίας land. He-
Ἀλεξανδροῦ. Vnde videoas plerosque, sibi relicto, præcipue in-
cumbere paradoxis & nouitatibus, aut illis quæ singulari sub-
tilitatis & acuminis specie se commendant. Neque solum-
modo sectantur inutilia studia, sed etiam, vbi quæſtiones aliquot, steriles plerumque ac ineptas, tantumque altercationi
& exercendo ingenio comparatas imbibent, opinione ra-
rioris sublimiorisque scientiæ inflantur, ac, vt de suo *Pli. lib. 8. epift.*
minus queritur, statim sapient, statim sciunt omnia; neminem ve-
rentur, imitantur neminem, atque ipsis sibi exemplo sunt.. Quo nul-
lum certius falsæ fictitiæque sapientiæ indicium est. Hæc pestis
ingeniorum nisi mature adultiorum & prudentiorum moni-
tis ac auctoritate coercetur, aut ætatis incremento sponte
cesset, necesse est vt corrumpat etiam excellentissima ingenia,
& a vero doctrinæ tramite abducat: præsertim vbi multitudo
errantium errori specie veri circumdat, quod hodie frequen-
tissime fieri videoas. Quot enim erecta planeq; illustria ingenia,
posthabita Dei impellentis & necessaria suppeditantis reue-
rentia, omisla reipub. requirentis cura, spredo Parentum ac
patronorum mandato ac instituto, ipsa denique naturæ suæ
neglecta propensione, sola ſeculi consuetudine abrepti, va-
nissimis nec quicquam profuturis quæſtiunculis tempus o-
mne melioribus studiis destinatum consumunt; hoc est, ma-
gno conatu nihil agunt! Cuius imprudentiæ suæ hunc tan-
dem fructum longe plurimi ferunt, vt maturiori ætate agnito
errore, aut piane desperent de studiorum suorum successu,
aut Ecclesiæ reiue publicæ admoti sero nimis indoleant, flo-
rem aurorum iis studijs ſe impendisse, quæ in lucem homi-*

num protractis, non dicam nulli aut exiguo usui, sed pene pueri sint, deridendosque cordatoribus propinent.

§.XXXII. Haud scio an & eorum plerique vehementius quam caute studiorum gloriam, aut potius speciem illius, appetant, qui, diuerso erroris genere, nondum inferioribus studiis subacti imbutique, statim ad altiora, ad quæ tamen nemini sine istis iter est, animum appellunt. Quæ & ipsa inter præcipuas fundi nostri calamitates est: dum multorum cruda adhuc studia in Academicam lucem propelluntur, in eaque, breuiter delibatis, aut omnino præteritis, humaniorum literarum ac solidioris philosophiæ studiis, ad superiores Facultates, ut vocari amant, properant dicam, an rapiuntur? nam esse quosdam, etiam inter eos, quorum erat prope rantes sufflaminare ac retinere, qui (pudet dictu) impellant potius, negari nequit. Ceterum ut intempestiuæ hæc festinatio specioso amabilique breuitatis, viæ compendiaræ, prudenterisq; delectus titulo multos fascinat, iam ante insita ignavia id omne exosos, quod ampliorem industriam diligentiamque requirit: ita reuera nil aliud, quam, quod illi metuunt, id est, moram & perplexitatem, parit. Nam aspiciant quidem huiusmodi præcocia ingenia decus altiorum studiorum, sed oculis admodum ineruditis, caligantibus, vagantibus, errantibus. Audiunt reconditæ sapientiæ mysteria, sed nominetenus, ac vere ut mysteria. Ac nihilominus ista superficiaria cognitione contenti, falsaque opinione decepti, in ipsis adytis altioris doctrinæ se versari, cunctaque arcana penetrasse, credunt: cum tamen vel a limine arcis eins, in quo solidioris scientiæ opes afferuantur, longissime adhuc absint. Nihil enim solidum, nihil eximum aut subtile, mentem non satis præparatam ingreditur: sed, ut veram solidamque sapientiam adipiscare, certo ordine, ac quibusdam veluti gradibus opus est, per quos ad arcem illius paullatim ascendas, non euoles. Plura de his, aliisque solidi profectus impedimentis capienti suppeditabit grauissima dissertatio Ampliss. Bæcleri ad IV hist. Taciti cap. V: Quæ sicut præsens argumentum universem

non

non parum illustrare potest; ita quædam eorum, quæ hucusque diximus, inde desumpta a nobis esse, malumus ingenue fateri, quam, prauo quorundam more, dissimulare, per quos profecerimus.

§. XXXIII. Prudentiæ Procillæ merito tribuit Tacitus,
quod incensum ac flagrantem filii animum coercuit. Nam, vt bene ad hunc locum eruditiss. Buchnerus noster, utique non mediocris ingenii atque consilii fuit, animaduertere in errorem filii, & nosse modum in rebus; nec pati viuidam adolescentis, & natam agendis rebus indolem in alia defleti, aut umbratibus alteri studiis, & reip. redi ineptam. Abiit vero hac re plurimum a genio multarum e faminis illustribus: quæ ferme ea potissimum studia in filiis suis probare solent, quæ splendori ac ostentationi, quam vitæ & vsui, aptiora sunt: Quo stolido matrum more pariter non paucos a solidæ virtutis ac sapientiæ studiis, artibusque ciuili vitæ aptis, ad vanæ & inania abductos, omnis ævi exempla, sed maxime nostri, ostendunt.

§. XXXIV. Modo, vt in rebus omnibus, sic in sapientiæ studiis opus esse, vel sola disciplinarum ac scientiarum varietas, naturæque humanae conditio euincunt. Infinita rerum multitudo est, non dicam earum, quæ sciri cognoscique possunt, sed quæ ab ingenuo homine, literisque dedito, debent. Hinc latissimus scientiarum campus, tota rerum vniuersitate si non latior, saltem æque late patens: totque disciplinæ & artes, vt vix numerus earum imiri queat. Neque enim iis adsentiri possumus, qui scientiarum orbem ita iam ordinatum definitumque censem, vt nihil addi possit. Quos vnius Versulamii, doctissimi sane viri, opus de Augmentis scientiarum facile redagat. Subinde scilicet nouæ scientiæ ceduntur, nec dubito, plures deinceps excogitatum iri. Nam etiam nunc locum habet, quod ante 100 annos Seneca scripsit, nondum occupatam epist. 33. veritatem, multum ex illa etiam futuris relatum esse. Nec minus, quæ alibi prolixè differit; cum inter alia: Multa inquit, venientis lib. 7. Nat. ani populus ignota nobis sciet. Multa seculistum futuris, cum me- quis sit. c. 31. moria nostra exoleuerit, reseruantur. Vide ipsum. Porro singulae

scientiæ sic comparatae sunt, vt, nisi forsan ab excellentissimis, planeque extraordinariis ingeniis, penitus imbibî sine labore, studio, ac disciplina nequeant. Nam si humanæ vitæ breuitatem, si, quantillum ex omni vita sua studiis impendere vel diligentissimi ac robustissimi possint, consideres, facile perspicies, multo breuiorem hominis ætatem esse, quam vt tot rebus pernoscidis, tot scientiis addiscendis possit sufficere. Quo fieri necesse est, vt etiam eorum industria ac propositum, qui totam in literarum studiis vitam consumunt, nunquam eō pertingat, vt omnes, aut etiam paullo plures, scientias exacte pleneque percipient. Quanto minus igitur tale quid sperandum illis est, qui aliquando reipub. operam suam nauare, gravissimorumq; negotiorum tractationi adhiberi debent. Proinde, qui huc adipirant, iis maximopere catendum est, ne in præparatione ad ciuilē vitam occupatos senectus aut infirmior valetudo opprimat, omnemque ferme rei bene gerendæ occasionem illis præcidat. Id quod certo futurum est, nisi modum studiorum adhibeant, prudentique delectu ea tantum persequantur, quæ sibi maxime usui futura sunt. Nam hæc ipsa neque pauca sunt, neque addisci sine magna industria diligentiaque possunt.

§.XXXV. Recte vero Tacitus obseruauit, *difficillimum esse, ex sapientia modum retinere.* Primo enim, cupiditates animi ad modum rationis posse redigere, magnum sapientiæ opus, adeoque perquam difficile est. Deinde multorum conatibus obstat ordinis ac methodi ignorantia; dum, qui iuuentuti in spem reipub. educandæ viam monstrare debent, aut ignorant ipsi, quis modus, quæ ratio studiorum tenenda; aut inuidia aliisque caussis dissimilant. Vnde sit, vt multi hac vna causa a vero studiorum tramite aberrent, quod idoneo ductore substituti sunt. Auget rei difficultatem ipsa rerum scientiarumque connexio: qua sit, vt, quod Cicero ait, *difficile sit in philosophia panca esse ei nota, cui non sint pleraque aut omnia.* Accedit ipsis sapientiæ pulchritudo; quæ eundem Ciceronem mouit, vt pronuntiaret illos, qui moderatius philosophandum esse volunt, *difficilem*

*2. Tusc.
quæst. c. 1.
lib. 1. de
finib. in
princ.*

sciem quendam temperantiam postulare in eo, quod semel admisum, coerceri reprimique non potest: credere que, propemodum in stribus ut illis, qui omnino arcent a philosophia, quamvis, qui rebus infinitis modum constituant, in rege eo meliore, quo maior sit mediocritatem desiderent, &c. Postremo & delectatio, quam studia intemperantius culta plerumque adferunt, opinioque singularis scientiarum, quae fere sequitur eam intemperantiam, multos eo perdicunt, ut modum sapientiae excedant.

§. XXXVI. Regulam sine normam, quae modum sapientiae definit, innuit *Tacitus*, cum ait, *Agricolam acris Philosophiae studium ultra hausturam fuisse, quam concessum Romano & senatori*; hoc est, quam decebat eum, qui studia non ad ostentationem aut quæstum, quod Græci aliaeque gentes deuiciet & solabant, sed ad usum vitae & rem publicae more Romanorum nobili loco natorum, referebat. Scilicet pro diuerso fine & scopo, quem sibi quisque proposuit, sapientiae quoque ac philosophiae studia aliter aliter tractanda sunt. Nam qui solum ea fini philosophiae operam dant, ut sciant, aut alios doceant, his non solum permisum, sed ferine necessarium est, ut nihil eius disciplinæ ignorent, quam profitentur, adeoque nec illa, quorum nullus, nisi in disputationibus, usus est. Neque enim tam vita, quam scholæ discunt. Sed qui lucem negotiorum, curamque reipublicæ, adfectant, horum longe diauersa est ratio. Nam ea tantum persequi debent, quae viris factis utilia & honorifica futura sunt, & in his maxime, quæ ciuilem vitam ac rem publicæ respiciunt; aut sine quibus ista commode addisci non possunt. Itaque non querent anxiæ, utrum vox sit corpus; an macula in luna sint montes, & terræ, & flumina; an mores sint animalia; an bonum sit corpus; ac cetera, quæ olim Stoici, aliqui philosophorum, magno conatu disputabant, non admodum dissimilia illis questionibus dialecticis, metaphysicis, scholasticisque aliis, quæ hodie in plerisque Germaniae Academiis tantum non omnia pulpita implent. De quibus præclare *Seneca*: *Vt innam, inquit, non prodecent illæ verborum canillationes & captiose disputationes! nocent. Hoc manifestum est, communis & debilitas*

taris

36 IVL. AGRIC. ORTVS, EDV C ATIO, STVDIA.
tar i generosam in dolem, in istas nugarum angustias conieclam. Scilicet, vt idem alibi, nos ut cetera in superuacuum diffundimus, ita philosophiam ipsam. Quemadmodum omnium rerum, sic literarum quoq; intemperie laboramus: non vita, sed schola discimus. Vide eū epistolis XLV, XLIX, CVI, & CXIII: in quibus passim eos perstringit, qui in aditu philosophiae versantes, adyta eius nunquam vident, ac irritum acumen iis angustiis exercent, quas nosse, nihil ad virtutem interest. Hęc igitur omnię vitabunt, qui ad rem adipirant. Contra maxime ciuilem & moralem scientiam tractabunt, non illam sterilem & generalem, quę ferme intra vndecim virtutum vocabula, tresque reipub. formas consistit; sed variis casibus fecundam, atque ad specialiora etiam progressam; nec solum docentem, sed etiam varios animorum characteres exhibentem, regulis informantem, exemplis ac rationibus hortantem aut dehortantem. Huic iungent historias & eloquentiam, quibus carere non possunt, qui in actu rerum versantur; & publici priuati que iuris scientiam; tum, sine quorum adiumento, nemo in ipsis feliciter progredietur, Grammaticam Latinamq; linguas, Dialecticam, Rhetoricam, Geographiam, Chronologiam, partem physicas, quę de facultatibus anima & adfertibus agit, ac cetera, quorum in illis, quę diximus, doctrinę generibus utilitas ac necessitas manifesta est. Sed de his omnibus, & qua ratione vnaquaque scientiarum tractanda, quę partes eius praeципue diligendae, tum qui scriptores ante reliquos adhibendi, fortassis alibi. Interim in promtu sunt magnorum virorum scripta, quibus omnem apparatus futuri politici, non pœnitenda diligentia iudicioque, instruxerunt. E quibus in primis legendi I. Lipsius in not. ad II polit. IX & X. Christoph. Colerus in epistola de studio politico, Arnoldus Clapmarius in Triennio nobilis adolescentis, Io. Caselius in propolitico, cap. XXV & seqq. Hugo Grotius in Consilio de ratione studii politici, Bæclerus in Diff. de politicis Lipsianis, &c, qui cunctos diligentia superauit, G. Nasdencus in bibliographia politica, & Syntagma de studio liberali.

F I N I S.

41